Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1565
Quelle:
Copyright:

propoſuimus, quod exterius depingimus (Iconiſmum aliquem Arcae innuit) *ut foris diſcamus, quid intus agere debeas. Et cum huius exemplaris formam in corde tuo expreſſeris, domum dei in te edificatam eſſe leteris.* Et jam *Quintus* Liber incipit: *Primum in planicie, vbi archam depingere volo, medium centrum quero* &c. Liber iſte in Codice conſpirat cum Editis usque ad C. XIV. p. 296. *de Manſionibus quadraginta duabus*, qui locus a verbis: *ad terram promiſſionis gratiæ*, usque ad verba: *Hæc ad conſtructionem arcæ* &c. in Codice deeſt. Reliqua rurſus conſonant usque ad Editorum finem: *hoc interim exemplari affectum ſuum prouocet.* Deinceps vero in Codice additae ſunt ſequentes VI. Rubricae: *Rerum ſignificationes negligenter pertranſire non debet negligens* (diligens?) *ſacri eloquij ſcrutator. Quomodo numeri ſignificent. Rerum proportiones in quibus conſiderantur. De Ponderibus. De Menſuris. Mappa mundi.* Et haec quidem aliquatenus refert Librum IV. *Excerptionum Hugonis* T. II. p. 348. Cetera vero, utut illius eſſe videantur, ad V. Libros *de Arca* certe non pertinent, neque alibi in Editis ejus reperiuntur. Initium Rubricae I. *Diligens ſcrutator ſacri eloquij rerum ſignificationes* &c. Finis VI. *cuius auus primus fuit Herodes ſecundus patruus, qui Jacobum interfecit. Explicit. 1434. poſt vrbani.*

XV. *fol.* 320. *Sermo S. Ambroſij.* Inie: *Nabuthe hyſtoria tempore vetus eſt* &c. Ut edit. *Maur. Pariſ.* 1686. T. I. *col.* 565. Deeſt tamen etiam huic Exemplo extrema illa περιχοπη: *Sed oportet* &c. cujus loco iterum: 1434.

XVI. *fol.* 329. *Auguſtinus de hereſibus.* Nempe *ad Quodvultdeum.* Nequaquam tamen, ut Edit. *Maur.* T. VIII. *col.* 1. ſed Breviarium perfunctorie inde excerptum.

DCLXVII.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 42. 4. partim lineis longis, partim per duas columnas ſcriptus, minio diſtinctus, et quondam *Domus Vallis Joſaphat*, id eſt, Carthuſiae *Dolanenſis* ob *Huſſiticas* devaſtationes a. 1444. *Olomucium* translatae, nunc vero extinctae continet ſequentia: I. absque titulo *Lignum Vitae*, qui Tractatus legitur Opp. omn. *Bonaventurae* T. VI. *Lugd.* 1668. p. 403. f. et ad calcem habet: *Magiſter Bonauentura.* Caret in Codice Iconiſmo Crucis, incipit: *Criſto crucifixus* (confixus) *ſum cruci. Ad gala. 2. Uerus dei cultor chriſtique diſcipulus* &c. et fortaſſis etiam in quibusdam Exemplis *mſs.* titulum praefert *Faſciculi Myrrhae;* ait enim Autor in Praef. *Colligere ſtudui Hunc myrre faſciculum.* R. 2234

II. *fol.* 16. p. 2. minio: *Incipit ternarius;* in margine vero: *Incipit Itinerarius totius vite.* Neutrum inconcinne; agit enim anonymus Aſcetes de triplici Via, atque ita orditur: *Ecce deſcripſi tibi*